UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis hippolito [et] socijs martyribus. Cap[itulum]. lvi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

ad xp̄m pridie idus auguſti. Ab eodem pontifi ce in eccleſia ſancti gregorij tumulata: vbi ⁊ q̄e ſcit miraculis clarens.

❡ De ſancto euplo martyre. Cap̄.liij.

Euplus: martyr in ciuitate catanenſium temporibus diocletiani: et Maximiani imperatorū paſſus eſt ſub caluiſiano conſulari. Dū enim idem caluiſianus in tēplo idolorum ſacrificaret: et Euplus ſe chriſtianum publice proclamaret tētus eſt: ⁊ queſitus quem deum coleret. Qui cū quattuor euangeliorum codicem quem ſecum habebat aperuiſſet: et coram eo legiſſet chriſtum confitendo ab eodem iudice diutius tortus: deinde contra eum dictata ſententia decollat⁹ eſt pridie idus auguſti. Sepultuſq; eſt in ipſa ciuitate.

❡ De ſancta Hilaria ⁊ ſociabus martyribus. Cap̄.liiij.

Hilaria martyr matre ſancte aphre fuit. De qua ſupra dictum eſt nonis auguſti. Que cum ancillis filie ſue digna: eumenia: ⁊ eutropia apud cretam in ciuitate auguſta paſſa eſt. Hec cum corpus predicte Aphre martyris ſepeliſſent: die ſequenti ad tumulum eius orantes reperte ſunt ⁊ comprehenſe: atq; iudici preſentate. Que dum chriſtum confiterent in monumento de lignis facto incluſe ſunt: ⁊ cathenis vincte: ipſoq; tumulo feno ⁊ ſpinis repleto: igne ſuppoſito: martyrium compleuerūt pridie idus auguſti. Quarum corpora iuxta aphrā martyrem condita ſunt.

❡ De ſanctis Quiriaco ⁊ ſocijs mar. Cap̄.lv.

Quiriac⁹ Largus: creſcentianus: Meminia: iuliana: Leonides: Euthytianus: Diomeda: Chariton: Philadelphus: Agapes: et Petrus cum alijs tredecim apud eandem ciuitatem auguſtam in creta paſſi ſunt. Qui omnes pro cōfeſſione nois chriſti decollati martyrium conſumauerunt pridie idus auguſti. Hec ado ex martylogio hieronymi.

❡ De ſanctis hippolito ⁊ ſocijs martyribus. Cap̄.lvi.

Hippolitus et omnis eius familia vtriuſq; ſex⁹ numero.xix. rome paſſi ſunt ſub Decio ceſare ⁊ valeriano prefecto. Cum enim hippolitus beatum Laurentium in cuſtodia haberet ſibi a prefecto valeriano commendatum: et vidiſſet eum manus ſuper oculos cecorū imponentē: ⁊ eos illuminantem cōuerſus eſt ⁊ cum omni domo ſua baptizatus: vt dictū eſt ſupra in paſſione laurētij.iiij.idus auguſti. Poſtq̄ autē corpus beati laurentij cū iuſtino presbytero ſepeliſſet venit domū: ⁊ dās pacem oibus ſeruis ⁊ ancillis ſuis: omnes ſacramento altaris: quod iuſtinus presbyter obtulerat cōmunicauit: ⁊ poſita menſa prius q̄ cibum ſumeret: veniētes milites eum rapuerūt: ⁊ ad decium adduxerunt. Quem decius interrogauit: an magus effectus eſſet: eo q̄ corpus laurentij abſtuliſſet: illeq; reſpondit ſe nō eſſe magum: ſed chriſtianū. Tunc decius fecit eum expoliari habitu chriſtiano: ⁊ os eius lapidib⁹ tundi: aiens vt ſacrificaret: ne per tormenta ſicut laurentius periret. Cum autē diceret ſe velle exemplum beati martyris laurentij imitari: iuſſit eum decius fuſtibus cedi: ⁊ cardis ferreis laniari: ⁊ cum tormenta huiuſmodi derideret: fecit ipſum veſtiri veſte militari: qua ante vtebatur: hortans vt amicitiam ⁊ militiam priſtinam obtineret: cui hippolitus ſe xp̄o militare dicebat: quem tradidit Decius valeriano p̄fecto: vt omnes eius facultates acciperet: ⁊ tormentis afficeret. ❡ Ualerianus autem inuenta omni eius familia xp̄iana omnes ſibi exhiberi precepit: ⁊ cum ad ſacrificia cogerentur: cōcordia nutrix hippoliti pro omnibus reſpondit: q̄ optabant cum domino ſuo magis pudice mori q̄ impudice viuere. Ualerianus autem dicens: q̄ genus ſeruorum: niſi per ſupplicia non emēdatur: iuſſit eam preſente ſancto Hippolito tā plumbatis cedi: quouſq; ſpiritū emitteret: deinde extra portam tyburtinam ſanctum Hippolitum cū omni eius familia duci fecit: quos cū ipſe ad martyrium hortaretur iuſſit Ualerian⁹ eos omnes in conſpectu ſancti hippoliti decollari: ipſum xp̄o pedibus ad colla indomitorum equorum ligari fecit: qui ſic per cardos ⁊ tribolos tractus emiſit ſpiritum. Quorum corpora iuſtinus presbyter rapuit: ⁊ iuxta corpus beati Laurentij in agro verano ſepeliuit. Corpus xp̄o concordie inuenire non poterat: quia fuerat in cloacam proiectum. Miles autem quidam nomine porphyrius credens concordiam aurū ⁊ margaritas in veſtibus habere: quendā cloacarium nomine hyreneū: qui erat occulte chriſtianus aduocauit: ⁊ ei ſecreti⁹ vbi corpus eſſet

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

intimauit: promiſſione ſibi facta: ꝙ aurum vel gemmas repertas eidem concederet: ipſe ꝟo corpus haberet. Cunq̨ ei locum indicaſſet: et extracto corpore nihil inueniſſet: porphyrius fugit: ⁊ hyreneꝰ: vocato alio chriſtiano nomine abundio corpus ad iuſtinū preſbyterū detulit: qui illud iuxta corpora Hippoliti ⁊ aliorum ſepeliuit. Paſſi ſunt autem idibus auguſti.

De ſancto Hippolito epiſcopo. Cap. lvij.

Hippolitus epiſcopus aphricanꝰ: claruit tēpore alexandri imperatoris: qui vite ſanctitate plenus ⁊ doctrine ſuauitate melliſluꝰ plurima in dei eccleſia opuſcula condidit: videlicet librū de paſcha compoſuit. Item in exameron. Itē contra martionem. Item in cantica canticorum. Item in geneſim. In zachariam prophetam. In librum pſalmorum. In eſaia. In daniele. In apocalipſi. In prouerbijs. In eccleſiaſtice cōmentarios edidit. Librum compoſuit de Saule ⁊ phythoniſſa. De antichriſto. De reſurrectione. De laude dn̄i ſaluatoris: ⁊ proſhomeliō: ⁊ plenus virtutibus in pace quieuit: vt dicit gēnadius libro de viris illuſtribus.

De ſancto Caſſiano ep̄o ⁊ mar. Cap. lviij.

Caſſianꝰ ep̄us paſſus eſt apud ciuitatem forū ſylle ſiue cornelij a ſylla cornelio duce romanoꝝ dictā que nunc imola nuncupatur. Hic gn̄e pōtifex fuit ciuitatꝭ brixineſi. que ciuitas eſt i affinibus allemanie poſita: qui pegrinatiōis grā venit ad imoleſī. ciuitatē: vbi dū ſcholas puerorum regeret: ⁊ xp̄m dn̄m predicaret tp̄e pſecutionis a paganis tentus queſitū eſt quid artis: aut q̄d haberet officij. Reſpōſumq̨ eſt: ꝙ pueros litteris erudiret. Statiq̨ a pſecutore quē ſpreuerat: per ſn̄iam addictū eſt: vt ipſius diſcipuli in magiſtri ſanguinē quō vellēt: cū corporis laceratione ſeuirent. Statuit ergo in medium ſpoliatus: ⁊ poſt terga ligatus manibꝰ. Armati itaq̨ ſtilis pueri circūſtātes: ac tabulis illudebant magiſtro: ⁊ i capite ipſius fractis tabellis acutiſſimis ſtilis mēbra eiꝰ nō ceſſabāt effodere. Multis itaq̨ vulneribꝰ dei martyr pfoſſus: vix retrahēs ſuſpiria: humili eos hortabat voce vt eſſent viribꝰ fortiores: ⁊ eos nos ꝟtute tranſcenderent. Sicq̨ per venas totiꝰ corporis ſanguis effuſus piā aīam conditori ſuo cum gloria tradidit ⁊ corona: ⁊ ſepultus iacet in ipſa ciuitate: qui paſſus eſt idibus auguſti.

De ſctō caſſiano p̄ſbytero ⁊ confeſ. Cap. lix.

Caſſianus preſbyter de q̄ frater vincētiꝰ ⁊ gēnadiꝰ claruit tp̄e honorij imparatoris: vir illuſtris et facūdus. Alio noīe dictus iohannes heremita. Qui de eccleſia cōſtātinopolitana ꝑ hereticos eiectꝰ in maſſilia gallie preſbyter ordinatꝰ: duo cōdidit monaſteria virorū ⁊ mulierū: que hodie extant. Scripſit multa opuſcula ad fidei noſtre exhortationem. Scripſit enī vitas patrū in egypto degentiū ⁊ regulas: que multarū animarū edificationē cōtinēt et luculento ſermone niteſcūt. Scripſit ⁊ res oīm monachorū neceſſarias. i. debitū ⁊ de canonica orōne atq̨ pſalmodia: q̄ in egypti monaſterijs die noctuq̨ tenet libros. iiij. Inſtitutionū lib. i. De origine ⁊ qualitate: ac remedijs viij. pricipaliū vitioꝝ lib. viij. ſingľa ſingulis explicans. Digeſſit ⁊ collationes cū patribꝰ egyptijs habitas: videlꝫ de deſtinatione monachi ac fide. De diſtrictione. De tribꝰ ad ſeruiēdum deo vocatiōibꝰ. De pugna carnis aduerſus ſpiritū: ⁊ ſpūs aduerſus carnē. De natura oīm vitiorū. De nece ſctōꝝ. De nobilitate aīe. De principibꝰ. De qualitate orōnis. De pfectis. De caſtitate. De ꝓtectione dei. De ſciētia ſpūali. De diuinis chariſmatibꝰ. De amicitia. De diffiniendo: vel nō diffiniendo. De tribꝰ antiquis generibus monachorū: ⁊ quarto nuper exorto. De fide cenobite ⁊ heremite. De ſatiſfactiōe penitētie. De remiſſiōe quiquageſime. De nocturnis illuſionibus. De eo qd̄ dicit apľs. Nō enī quod volo facio bonū: ſed qd̄ nolo malū hoc ago. De mortificatiōe: ad extremū rogatꝰ a leone archidiacono poſtmodū romano ep̄o: aduerſus neſtorium de incarnatione dn̄i. vij. cōdidit libros: in quibus apud maſſiliā ſcribendi: ⁊ vite terminū dedit. Imperantibus theodoſio ⁊ valētiano.

De ſancta Radegunde regina. Cap. lx.

Radegūdis regina nitigorū nobiliſſima clotharij regis francorū vxor: claruit anno. xxx. iuſtini imperatoris: vt ait ſigibertus. Hec natiōe barbara patre rege berēgario nomine progenita: dū regio ſua frācis eſſet depopulata: de patria ſua in galliam in predam abducta: veniens in ſortem Clotharij ob nimiam ſpecioſitatem ab eo in cōiugem ducta eſt. Que tamen deo potius ꝙ regi ſeruiebat ieiunijs: videlicet elemoſynis et orationibus vacans: carnem cilicio domans: deſuper regalibus induebatur. Adhuc in palatio regis conſiſtens: dum in priuita villa per pomerium ambula-